



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

7 Pensionario agenti ad pensionem incumbit onus verificandi conditionem,  
sub qua pensio imposita reperitur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

ceptiones titulari contra reservatarii non competant, & quomodo extingatur infra demonstrabitur.

3 Reservatur autem pensio per Papam pluribus de causis.

Primò beneficio vacante per obitum, quando uniconfertur beneficium, alteri verò reservatur pensio pro sustentatione super eodem beneficio, quod Papa regulariter facere potest, cum sit Dominus omnium beneficiorum, *clém. 1. ut lit. pendens. cum aliis alibi allegatis*, qui de fructibus beneficiorum ad libitum disponere potest, ut trad. *Gig. de pens. q. 6. n. 7.*

4 Secundò per resignationem ꝑ de consensu resignatarii in favorem ipsius resignantis, & ista pensio licite reservatur. *Felin. in cap. ad audientiam, il. 2. num. 3. de rescript. & in cap. ex parte, il. 1. n. 1. de off. pot. jud. deleg. vel ex causa cessionis jurium inter litigantes pro bono pacis, & lite componenda, cap. nisi essent, de prob. & Felin. in d. cap. ad audientiam, num. 2. vers. exemplifica.*

5 Tertiò in favorem ꝑ alterius tertie personæ à resignante nominatæ, & quando quis simpliciter consentit, quòd pensio reservetur in favorem alicujus tertie personæ, puta nepotis, aut alterius personæ consentientis reservationi benevole, quæ raro admittitur, quia est sine causa, & regulariter sine causa Papa pensiones non reservat, *Gig. de pens. quest. 6. num. 6. & maxima cum difficultate admittitur, etiam ex causa resignationis favore tertie personæ; quia ista sapiunt quodammodo dispositionem fructuum beneficarii, quæ cum habeat imaginem hæreditariæ successionis, est odiosa, cap. apostolica. 8. quest. 1. cap. ex transmissa, & cap.*

*ad extirpandas, de stil. presb. cap. ad hæc, de dec. cap. consuluit, de iure patron. & conc. Trid. cap. 7. de reform. sess. 25.*

Et quia super fructibus ꝑ cathedralium ecclesiarum pensio non reservatur regulariter, nisi cum clausula, dummodo remaneant ducati mille pro Episcopo: & super parochialibus ecclesiis, nisi remaneant centum ducati pro rectore, ex dispositione sacri concilii. *Trident. cap. 13. vers. ad hæc, de reform. sess. 24. & super aliis beneficiis quandoq; cum clausula, dummodo pensio medietatem fructuum non excedat.*

Titulari pensionem solvere ꝑ recusante agens ad pensionem tenetur verificare dictam conditionem, quòd remaneant Episcopo ducati mille, centum parochi, vel quòd pensio non excedat medietatem fructuum, quia, ꝑ licet allegans excessum illum probare teneatur. *Bellam. decis. 470. & Mascard. conclus. 696. n. 11. & alleganti beneficium esse minoris redditus incumbat onus probandi, cum quodlibet beneficium præsumatur esse annui redditus pro vita duorum, cap. ut quisque, junct. gloss. in verb. clericum, de vit. & honest. cleric. & Felin. in cap. ad aures, num. 4. vers. tertia conclusio, de rescript. quia tamen allegans excessum, aut majorem valorem fructuum fundat suam exceptionem, aut in dispositione sacri concilii. d. cap. 13. de reform. sess. 24. aut in facto super minori valore, cum dictæ exceptiones non oriuntur ex lectura litterarum reservationis pensionis, alleganti incumbit onus probandi, & ita procedunt supradicta, & *Gig. de pens. q. 9. num. 9. 10. & 11. & Rot. in noviss. decis. 30. l. p. 1. nu. 3.**

Sed